



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Stavrologia Coloniensis**

**Gelenius, Aegidius**

**[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]**

Christiano Lectori Vita Et Salvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64564)

CHRISTIANO LECTORI  
VITA ET SALVS.



MAGNUM omnino est,  
CHRISTIANE LECTOR,  
Crucis Christi Sacra-  
mentum, & immorta-  
le mortalibus omnibus præsidium  
in eo, qui pro mundi salute Crucis  
supplicium delegit. Vnde nemi-  
nem sanè tanti beneficij immemo-  
rem esse conuenit, sed omnibus  
viribus eò conniti, vt Redemptio-  
nis suę instrumentum contra Ho-  
stes Ecclesię attollat, & signum in  
quo sanatus est, continua prædi-  
catione deueneretur. Vestiganti  
igitur mihi piè Dominicę Crucis  
monumenta, quę domi forisq; in-  
tra Diocesis Coloniensis limites,  
cedro sanè atque adamante digna  
se offerunt: dignissima laboris præ-  
tio visa res est, vt memoria omniũ  
accuratis comprehensa fastis ad  
posterorum notitiam perennaret.

A

Proin-

## AD LECTOREM.

Proinde cum ad ea quæ pluribus compilata è pluteis, de hac materia digesseram, variæ insuper relationes ac testes accessissent, vniuersa S. Crucis monumenta Commentario vno constricta æternitati transmittere constitui. Erit (vt opinor) Staurophilo Lectori non ingratus conatus, satagetq; quantum in ipso est, operam & subsidium suum communicare, vt ita aliquando pleniori narratione, quicquid ad laudem Crucis Christi in Vbiorum Diœcesi pertinet, cõplecti possimus. Quod vt prompto magis ac libenti animo quisq; faciat, stimulat eum, vt & me suscitauit nõ mediocriter, tũ ornandę S. Crucis studium, tum insolens illa, ac recentibus annis tanto numero atq; contentione populorũ ad montem S. Crucis prope Bonnam accurrentium, nata religio.

I. ✠